

Zeitschrift: Divus Thomas
Band: 4 (1917)

Artikel: Dokumente
Autor: [s.n.]
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-762557>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 19.01.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

DOKUMENTE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLA

AD R. P. LUDOVICUM THEISSLING, ORDINIS DOMINICIANI
MAGISTRUM GENERALEM, APPETENTIBUS SOLLEMNIBUS
OB ORDINEM ANTE ANNOS DCC LEGITIME CONFIRMATUM

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. —
In coetu sodalium Tertiariorum Sancti Dominici, qui abhinc
tribus annis actus est Florentiae, cum praesentes Nos quo-
que cum pluribus Episcopis adessemus, valde probantibus
et suadentibus Nobis, statutum est ut per sollemnia, quae
appropinquabant, exeuntis anni septingentesimi ab Ordine
Dominiciano legitime confirmato, conventus, eiusdem generis
at longe maioris celebritatis, Bononiae haberetur. Non
sane tum suspicabamur quid de personae Nostrae humili-
tate Deus in proximum tempus decrevisset: sed ad cele-
brandum institutum et memoriam sanctissimi Patriarchae
propriis et peculiaribus quibusdam causis videbamus adduci,
qui et sacrorum eius cinerum quasi tutores et custodes
essemus, et in alumnis disciplinae eius qui ad numerum
beatorum caelitem essent adscripti, unum de gentilibus
Nostris coleremus. Nunc autem, quoniam arcano Dei con-
silio accidit ut, saeculari hac sollemnitate adveniente, iam
non in Petronii sede, verum in ipsa Apostolorum Principis
cathedra collocati simus, consentaneum est a Nobis, im-
mortalium in Ecclesia meritorum, praeterquam Nostrae
privatae necessitudinis, rationem haberi, inclitoque Ordini
singulare aliquod dari testimonium apostolicae caritatis.

Praeclarae quidem laudes familiae Dominicianae, tam-
quam divino spiritu instinctus praenuntiasse dicendus est
decessor Noster, Honorius III: qui, cum Ordinem, ante
novem annos conditum, sua constitutione, edita die XXII
mensis decembris a. MCCXVI, sanxisset ratumque habu-
isset, eo ipso die ad legiferum Patrem iterum apostolicas
litteras dedit hoc exemplo: „Nos attendentes fratres Ordinis

tui futuros *pugiles Fidei et vera mundi lumina* confirmamus. Ordinem tuum." Quae quam vera dixerit, eventus rerum qui deinceps usque ad nostram memoriam acciderunt, aperte ostendunt.

Nam quod ad eorum pro Fide operum et contentionem attinet, constat nullos unquam fuisse qui oppugnatores christianae sapientiae fortius his repellerent aut constantius. Ante omnes Albigensium, quos quidem ad debellandos divinitus excitati sunt, quanta virtute fregerunt audaciam! tum Catharis et Patarinis, tum Hussitis et Novatoribus, tum ceteris qui consecuti sunt, haereticis quam strenue, quam docte, docendo, concionando, scribendo repugnarunt! Nec raro ex iis exstiterunt, qui Fidei profusionem profuso sanguine consecrarent: unus instar omnium sit Petrus ille Martyr quo potissimum filio Ecclesia Veronensis gloriatur. — Quo autem studio refovere ac tueri integritatem Fidei vitaeque christianae vulgo consueverint, quis ignorat? Ut cetera mittamus quae sunt ab eis in hanc rem salubriter instituta, ut Collegium Sodalium a sanctissimo nomine Jesu, ut sodalitium a Sacramento augusto, ut Tertius Dominicanorum Ordo, profecto e manibus Dominici alumnorumque eius magnum illud „adversus haereses et vitia praesidium“ accepit Ecclesia quod Rosario Mariali continetur. — Nec vero in propagandis Ecclesiae finibus minus impegre utiliterque elaborarunt. Iam inde ab initio Ordinis multum profecisse novimus sacras eorum expeditiones ad barbaros Asiae et superioris Africae, plurimum in ipsa Europa: praesertim autem salutare Polonis et Hungaris fuisse. Atque, ubi primum America patuit, novum immensumque campum apostolico suo labori apertum putarunt sodales maxime ex Hispania. In eo igitur ita sese omni dein tempore exercuerunt, ut uberes cum salutis animarum fructus perciperent, tum solidae gloriae. Clarissima in eo numero sunt nomina Ludovici Bertrandi et Bartholomaei Las Casas, quorum alter virtutum splendore miraculorumque magnitudine illustria Apostolorum renovavit exempla, alter, indigenas non modo e Satanae servitute eripiendo, sed etiam ab improborum hominum dominatu et iniuria protegendo, merito nobilitatus est inter vindices humanae dignitatis. — Denique, id quod sinceram incorruptamque Fidem vel maxime indicat, in Dominicani Ordinis commendatione ponendum est praecipuum ac perpetuum obsequium eius erga

hanc Apostolicam Sedem. Etenim, cum pontificia potestas caesariae potestatis contumacia impugnaretur, silentio praetereundum non est, tum alios tum hos sodales in primis, quia Pontifici fidelissime studerent, indigna perpeccos esse; quotiescumque autem de tuendis aut illustrandis Pontificatus Romani iuribus ageretur, Dominicanos in primis semper fuisse qui ea defenderent aut illustrarent. Ceterum, dum Catharinae Senensis memoria *in benedictione* erit, satis Dominicanae familiae cum Apostolica Sede singularis necessitudo constabit.

Quod vero lucem huc usque mundo attulerint, primum doctrina, sane dubium arbitramur esse nemini. Compertum est omnibus quantam operam omni tempore posuerint in studiis optimis, quibus quidem verae humani generis progressionem ad bene vivendum adiuvantur; nec attinet de iis commemorare sodalibus, qui, et ingenio et maximarum rerum scientia abundantes, ponderosa sua scripta immortalitati commendarunt. Quis enim, gravioribus imbutus litteris, non miretur Alberti Magni, Antonini, Caietani volumina? Quis, severis disciplinis deditus, modo cum discendi studio amorem Ecclesiae sanctae coniungat, non maximi faciat, non vehementer diligat, non religiosissime sequatur Thomam Aquinatem, cuius certe doctrina, divinae providentiae munere, illuxit Ecclesiae ad verum confirmandum omnesque in reliquum tempus errores convincendos? Atque huic Ordini laudi dandum est non tam quod Angelicum Doctorem aluerit, quam quod numquam postea, ne latum quidem unguem, ab eius disciplina discesserit. — Iam ad hanc lucem eruditionis illa addenda est, vel divinior, sanctimoniae. Plurimos enim ex hac religiosa familia, ab eius primordiis ad hanc diem, eosque alios aliis clariores innocentissime vita acta sustulit in caelum, unde, tamquam sidera, iter christianis populis ad omnem virtutis excellentiam collustrarent. Chorum quodammodo ipse ducit Dominicus Pater, ac post eum mirifica in varietate minorum luminum enitent vel Aquinas, vel Ferrerius, vel canonum ordinator, vel Virgo Senensis, vel illa quae australes Americae oras sanctitatis laude princeps honestavit. Quae qui consideret, non mirabitur si de Ordine Dominicano apud Apostolicam Sedem, quam quidem quattuor ex eius alumnis sanctissime obtinuerunt, magna semper opinio fuit. Inde enim Romani Pontifices saepe quaesivere, quos vel in amplissimis digni-

tatum gradibus constituerent, et quibus munera vel gravissima mandarent. Ac certa quaedam officia quae in Fidei tutelam constituta sunt, huic Ordini, quasi ad commendandam disciplinae eius doctrinaeque integritatem, in perpetuum attribuerunt.

Nos vero, dilecte Fili, haec respicientes, primum auctori et largitori bonorum omnium Deo ingentes gratias agimus, quod legiferi tui Patris institutum usque adhuc sua benignitate promovit, supplicesque adhibemus preces ut simili modo etiam in posterum illud fovere atque adiuvare velit. Tunc tibi et tuis sodalibus, quotquot triplex iste Ordo complectitur, gratulamur ex animo; vosque ut dignos et Parentis tam magni filios et vestrorum maiorum haeredes praestare perseveretis, hortamur. At ipsi tibi, quod sub faustae celebrationem memoriae summum Ordinis magisterium orsus es, bono auspicio esse ducimus; optamusque prosperum cursum tui muneris et Ecclesiae frugiferum. — Quo autem ista saecularia solemnia, quae in diem XXII proximi decembris incident, uberiore cum fructu gaudioque spiritus celebrentur, ea placet pontificalis indulgentiae augere muneribus. Itaque omnibus qui quamlibet aedem aut publicum oratorium primi, alterius tertiique Ordinis Dominicaniani inviserint, ubi eadem sollemnia in triduum aut eo tantum festo die haberi contigerit, dummodo usitatis conditionibus satis fecerint, plenariam peccatorum veniam semel indulgemus. Praeterea damus ut non solum saecularis sollemnitatis die, sed etiam aliis duobus triduanae supplicationis, ubi haec fiet, Missam de S. P. Dominico recitari liceat.

Auspicem interea caelestium donorum, ac Nostrae paternae benevolentiae testem, tibi, dilecte Fili, atque universae Dominicanae familiae apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXIX mensis octobris MCMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

(Acta Apostolicae Sedis VIII, 3 novembris 1916, p. 395—398)

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET DE
STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

EPISTOLA

AD R. P. D. ALFREDUM BAUDRILLART, RECTOREM INSTITUTI
CATHOLICI PARIENSIS, DE DOCTRINA SANCTI THOMAE
AQUINATIS IMPENSIUS EXCOLENDAM

Monseigneur,

En présence des ruines matérielles et morales que le monde actuel voit s'accumuler chaque jour, le Saint-Siège, confiant en Celui qui a promis d'être avec Son Eglise jusqu'à la consommation des siècles, se plait à envisager l'époque prochaine du relèvement. Il n'est pas douteux que la France aura une part considérable dans cette œuvre de restauration. Nous espérons que les glorieuses paroles, par lesquelles on a résumé votre histoire dans le passé: „Gesta Dei per Francos“, se vérifieront encore dans l'avenir.

Or ce relèvement moral ne sera complet et durable, que dans la mesure où il aura été préparé et soutenu par la saine doctrine.

Comme la foi, au dire de votre célèbre Guillaume de Paris, est la première vie de l'esprit humain, la première lumière dans l'œuvre de la seconde création et de la réparation humaine (Guiliel. Parisien., Lib. *De Moribus*, cap. I), ainsi la formation doctrinale est la première et la plus indispensable.

Vous savez en quel sens doit s'orienter cette formation dans les Universités catholiques. „Des Papes se succèdent — disait le Card. Billot, une des gloires de votre patrie — Papes de nationalité différente, avec des tendances et des caractères très divers, mais tous, depuis Jean XXII jusqu'à Benoît XV, n'ont qu'une voix pour recommander Saint Thomas d'Aquin.“ „Omnium tamen in commendando Aquinate una invariata sententia est.“ (*Oratio habita die 11 martii 1915, pro instauratione Academiae S. Thomae.*)

Il suffit, pour se convaincre, de parcourir, même rapidement, l'ouvrage dans lequel le R. P. Berthier, O. P., a réuni, comme en une chaîne d'or, ces témoignages des Souverains Pontifs en faveur de la doctrine de l'Ange de

l'École (P. Berthier, *S. Thomas Doctor Communis Ecclesiae*, 1914).

Je me limite à vous rappeler les paroles de l'Encyclique: *Depuis le jour* que le St.-Père Léon XIII adressa, le 8 septembre 1899, au Clergé de votre pays et que l'on peut appeler la *Magna Charta* pour la formation intellectuelle et morale des élèves des Séminaires. „Est-il besoin d'ajouter que le livre par excellence, où les élèves pourront étudier avec plus de profit la Théologie scolastique, est la Somme Théologique de St. Thomas d'Aquin? Nous voulons donc que les professeurs aient soin d'en expliquer à tous leurs élèves la méthode, ainsi que les principaux articles relatifs à la foi catholique.“ Deux ans après (1 octobre 1901) le regretté Pontife écrivait à l'Evêque de Verdun: „Que ceux qui s'appliquent à l'enseignement et à l'étude de la Théologie et de la Philosophie, considèrent comme leur devoir capital, après avoir laissé de côté les inventions d'une vaine philosophie, de suivre St. Thomas d'Aquin et de le cultiver comme leur maître et leur chef.“ Et dans la Lettre Encyclique *Aeterni Patris* à tous les Evêques: „Providete ut sapientia Thomae ex ipsis eius fontibus hauriatur, aut saltem ex iis rivis, quos ab ipso fonte deductos, adhuc integros et illimes decurrere, certa et concors doctorum hominum sententia est.“

Dans le même sens, le Pape Pie X de s. m. écrivait, le 6 mai 1907, aux Evêques Protecteurs de votre Institut: „De philosophia petimus a vobis, ne unquam patiamini in Seminariis vestris minus sancte observari quae providentissime Litteris Encyclicis *Aeterni Patris* Decessor Noster praecepit. Permagni ad custodiam et tutelam Fidei hoc interest . . . Ergo vos, vestros alumnos sacri ordinis non debetis velle philosophiae praeceptis tantum imbui, quantum in legitima litterarum institutione praescriptum est publice, sed eo uberius et altius, nempe secundum disciplinam Thomae Aquinatis, ut solidam deinceps possint S. Theologiae reique biblicae scientiam percipere.“

La pensée de Sa Sainteté Benoît XV n'est pas différente. — Dans un Bref adressé au R. P. Hugon, O. P., et publié dans les *Acta Apostolicae Sedis* du 7 juin 1916, le Souverain Pontife écrivait: „Sanctum et salutare est, ac paene necessarium in scholis catholicis, ubi ad philosophiae ac theologiae scientiam instituitur sacra iuventus, summum

haberi magistrum Thomam Aquinatem.“ Et dans le Motu Proprio, du 3 décembre 1914, en faveur du Collège théologique de Bologne: „Probe novimus debito in honore ibidem esse Thomam Aquinatem, cuius doctrinas decessores Nostri illustres, Leo XIII et Pius X, maximis extulerunt laudibus, easque scholis catholicis religiose retinendas praescripserunt . . . Statuimus ut Archicancellarius et Collegium Theologorum Bononiense — servatis rite praescriptionibus vel sacri Concilii studiis provehendis, *in primisque* decreto *Doctoris Angelici*, die XXIX iunii huius anni edita, de summis Thomae Aquinatis principiis in philosophia *sancte tenendis deque ipsa Summa Theologica, in scholis theologiae praelegenda* — vel aliis quae Sedes Apostolica praeceperit praecipituraque sit, academicos theologiae gradus et lauream conferre possint . . .“ Et enfin le même Pontife daigna approuver et confirmer la réponse de cette Congrégation, du 7 mars 1916, touchant l'étude du Docteur Angélique.

Je suis bien sûr, Monseigneur, que la Fille aînée de l'Eglise, qui a tant de fois devancé même les desirs du St.-Siège, et qui tient à être la première dans l'amour, observera avec plus d'ardeur encore dorénavant ces directions pontificales, et que en particulier votre Institut et les autres Universités catholiques de France, dont l'attachement à la chaire de Pierre est si connu, contribueront ainsi très efficacement à cette résurrection que nous saluons d'avance.

En vous exprimant mes désirs et mes espérances, Monseigneur, je vous félicite une fois encore, du zèle que vous avez employé pour le bien de l'Institut catholique, et qui vous fera trouver les moyens d'appliquer les mesures salutaires dont je viens de parler.

Agréez, Monseigneur, mes vœux les meilleurs et les sentiments avec lesquels j'aime à me dire

Rome, le 30 septembre 1916

votre tout dévoué en N.-S.

G. CARD. BISLETI, Préfet

(Acta Apostolicae Sedes VIII, 3 nov. 1916, p. 412—414)